

114. Instrumentum transumptationis

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

114. Instrumentum transumptionis

1418-03-09

(c. 261v) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate eius millesimo quatragesimo ottavo decimo, regnante seressissima domina nostra domina Ioanna secunda Dei gratia Ungarie, Hierusalem, Sicilie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galitie, Comanie, Lodomerie, Bulgarieque regina, Provincie, Forcalquerii ac Pedimontis comitissa, regnorum vero eius anno quarto feliciter amen, die nono mensis martii, undecime inditionis, apud civitatem Marsici.

Nos notarius Vittorius de Marta ipsius civitatis Marsici annalis iudex, Nicolaus de Ianuario de preditta civitate Marsici puplicus ubilibet per regnum Sicilie regia autoritate notarius et subscripti testes ad hoc // (c. 262r) specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico declarando notumfacimus, fatemur atque testamur quod preditto die dum vocati et rogati et coadunati essemus ante ecclesiam Sante Marie de Plano de ditta civitate Marsici, ad petitionis instantiam honesti viri donni Angeli Rotundi archipresbiteris ecclesie Sante Trinitatis de Potentia ad certa infrascripta instrumenta, idem archipresbiter asseruit coram nobis quibus supra sua interesse pro suis et ditte ecclesie Sante Trinitatis commoditatibus obtinendis, eum oportere ditta subscripta instrumenta transumptare; igitur instanter et instantissime petiit, nostrum super hoc predittorum iudicis et notarii offitium implorando, ut per nos ditta subscripta instrumenta intuerentur et respicerentur ipsisque inspettis rescriberentur, transumptarentur et in presentem puplicam formam reddicerentur de verbo ad verbum, velut facere videbitur; que idem prenomatus archipresbiter presentialiter et in promptu coram nobis et subscriptis testibus presentavit scripta quidem in

cartis membranis, que legimus et diligenter inspeximus et non invenimus in aliqua eorum parte suspecta vel vitiata, sed omni prorsus vitio et suspitione carentia, sed penitus existentia in pristina eorum forma, omni carente vitio sive fraude; cuiusque ipsius archipresbiteris suas porretas preces intuentes et cognovimus fore iustas, preditta instrumenta transcripsimus, transumptavimus et in presentem publicam formam duximus // (c. 262v) et decrevimus transumptari ut robur exinde fidei inposterum et ubicumque prefato archipresbitero vel alteri pro parte ditte ecclesie presentium ostensori valeat adhiberi, nihil in ipsis vel de ipsis addito vel diminuto vel aliter subtrattum dumtaxat, sed de verbo ad verbum ut est dittum transumptavimus in hac forma. Quorum quidem instrumentorum series et tenor per omnia talis est: (si veda doc. n. 30); tenor alterius instrumenti talis est (si veda doc. n. 32); tenor alterius instrumenti talis est (si veda doc. n. 31); tenor alterius instrumenti talis est (si veda doc. n. 42).

1

2

3

4

In cuius rei testimonium et tam ad certitudinem quorum interest ad presens et in posterum poterit interesse quam prefati archipresbiteri vel alterius pro parte ditte ecclesie Sante Trinitatis efficacem cautelam et securitatem,

A Antonius

A declarantes

A reducerentur

A aliquatenus

de transumptione dittoꝝ testamentorum presens
instrumentum publicum exinde fattum est per manus
mei preditti notarii, meo solito signo signatum, nostrum
qui supra iudicis et subscriptoꝝ // (c. 269v) testium
subscriptionibus et subsignationibus roboratum. (SN) †
Ego notarius Antonius de Marta qui supra annalis iudex
manu propria Ego Masellus Capanus testis sum Ego
notarius Nicolaus de Nitardo testis sum Ego notarius
Nicolaus Fulginus testis sum Ego notarius Angelus de
Michaelē testis sum

5